


Johann Sibrand Heinrich Engenhagen

Dissertatio Iuridica Inauguralis De Intercessione Mulieris Pro Marito : Ex Auth. Si qua mulier. C. Ad Sct. Velleian.

Rostochii: Typis Richelianis, 1680

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747346445>

Druck Freier  Zugang





N. K. — 2 (91.)

1. Schütz de possessione.
2. Schütz de usu fructu.
3. Schütz de obligationibus.
4. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
5. Pahn de praesagio rerum publicarum.
6. Pahn an licet Christiano ethnico jure uti.
7. Pahn de decretis in contractibus minorum.
8. Pahn de concursu actionum.
9. Stypmann de concursu actionum ejusque effectu.
10. Pahn de concursu et prioritatem creditorum.
11. Stephani de concursu creditorum eorumque privilegiis.
12. Pahn de processu judiciario.
13. Pahn de austraegis.
14. Pahn de nobilitate.
15. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
16. Pahn de jure emphyteutico.
17. Pahn de injuriis et famosis libellis.
18. Embere de beneficio competentiae.
19. Embere de necessaria defensione.
20. Redeker de gratia.
21. Redeker de homagio.
22. Redeker de cunspiriis publicis.
23. Redeker de morte.
24. Redeker de neutralitate.
25. Redeker de liquidatione.
26. Redeker de errore calculi.
27. Redeker an suspectus de tali crimine ex quo poena infamiae aut alia corporis afflictiva irrogari possit, ad juramentum praestandum sit compellendus.
28. Redeker de confessionibus.
29. Laurenberg de liberarum civitatum v. R. I. eminentia, jure et privilegiis.
30. Laurenberg de interdicto Salviano.
31. Woldenberg de vestigalibus publicis et amissionis.
32. Woldenberg de aetate canonica et qualitate et ordine praeficiendorum.
33. Woldenberg an consensus parentum in nuptias liberorum de jure divino, naturali, gentium civili et canonico de necessitate an honestate requirendus.
34. Woldenberg de majuma.
35. Woldenberg de novo anno seu oblatione votorum.

36. Woldenberg idea seu delineatio juris publici in imperio Rom. Germ.
 37. Woldenberg de favore episcopi quod publice interest.
 38. Rahne de successione conjugum.
 39. Radov. an factum senis procuratoris et coloni aliorumve alterius nomine possidentium atque possessionem negligentius vel dolose prodebatum domino verove possessori nocent?
 40. Volochow de quaestione in tortura reorum.
 41. Hegenwaldt de tributis extraordinariis.
 42. Schütz de investitura.
 43. Ströck de jure testandi inter liberos.
 44. Ströck de pactis successoriae, eorumque iustitia.
 45. Plinius de jure necessariae defensionis. Völsper.
 46. Ziegler de eo quod iustum est circa mortuos.
 47. Librand de valore juramenti actui adpositi.
 48. Librand de intercessione mulieris pro marito.
 49. Redeker de tortura prohibenda.
 50. Redeker de quaestionibus seu tortura reorum.
 51. Leifer de aquae pluviae arcendae actione.
 52. Leifer de responsis prudentium.
 53. Novius de fictione.
 54. Radov. de archivis.
 55. Pomerech de auctoritate juris.
 56. Beckmann de obligationum confusione et resuscitatione.
 57. Beckmann juris de non appellando et differentia juris de non evocando.
 58. Schleenstein de affinitate.
 59. Reichel de beneficio probandi secundae instantiae.
 60. Rümelin de donatione remuneratoria et obligatione antidotali.
 61. Gabe de iuribus et privilegiis miserabilium personarum.
 62. Romaner de corpore delicti in criminibus facti permanentis potioribus, ad effectum condemnationis considerato.
 63. Chuno ad L. S. C. ad L. Jul. majest.
 64. Mylour de morgengaba Zittaviensi.
 65. Heier de primo cautionis gradu.
 66. Rahne de incorporatione.
 67. Redeker de actu judiciali extremo seu executione.
 68. Redeker de quaestoribus.
 69. Woldenberg de abactu sive abigenti.
 70. Lambert de misfollareis juris controversiis et appellationibus.
 71. Wedderkopff de irrohulatione actorum.
 72. Aichel Thüser juris controversi.

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE

63 48
**INTERCES-
SIONE MULIERIS
PRO MARITO,**

Ex
Auth. Si qva mulier. C. Ad SCT. VELLEIAN.

Quam
Divina favente gratia

Decreto & autoritate Magnifici, Amplissimiq; JCTORum ordinis

In Illustri Rosarum Academia,

Sub PRÆSIDIO

VIRI AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI, EXCELLENTISSIMIq;

DN. JOHANNIS SIBRANDI,

J. U. D. Decretal. P. P. & p. t. Decani spectabilis,

Fautoris, Affinis ac Promotoris sui nunquam non observandi,

PRO LICENTIA

Summos in utroq; jure Consequendi honores & pri-
vilegia solenni eruditorum examini placidè submittit

Ad d. XXVII. Maji, horis ante & pomeridianis.

In Auditorio Majori

HENRICUS Engenhagen/ Lubecensis.

ROSTOCHII Typis RICHELIANIS, ANNO M. DG. LXXX.



LIB. 4. C. Tit. 29.

*In Auth. ut nulli judic. lic. hab. loc. Servat. nisi cert. ex caus.
divin. concess. jussio. §. Et illud. coll. 9. tit. 17. al. 9. Nov.
134. cap. 8.*

SI qua mulier crediti instrumento consenti-
at proprio viro, aut scribat, & propriam
substantiam, aut seipsam obligatam faciat, ju-
bemus, hoc nullatenus valere, sive semel, sive
multoties hujusmodi aliquid pro eadem re
fiat: sive privatum, sive publicum sit debi-
tum: sed ita esse, ac si neq; factum quicquam,
neq; scriptum esset: nisi manifestè, probe-
tur, quod pecuniæ in propriam ipsius mulie-
ris utilitatem expensæ sint.

Impe.

I. N. S. S. E. I. T.



Impetratâ ab *Amplissima Facultate Juridica* copia, elaborandi *Disputationem*, uti vocitare amant, *Inauguralem*, pro obtinendis summis in U. J. honoribus, mearum sensi partium esse, sollicitus maximè ut esse de materia quâdam juris, quæ vel ab utilitate sua, vel raritate, commendare maximè se posset: fateor non levis momenti sese mihi obtulisse, ast cum lex certis eandem includere cancellis juberet, desistere coactus fui, imprimis, quod reprehenderem, usu quasi, idq; maximè laudabili ab ingenii excellentissimis introductum, ut vel lex quædam, vel Imperatoria pragmatica sanctio, vel Authentica nobilioris commatis, inq; foro frequentior, nec tamen ubivis obviam, explicetur; cujus rei necessitatem impræsentiarum recensere haut vacat; Incidebam fortè in *Authenticam*, *Si qua mulier. C. ad SCT. Vellej.* quam ex sua procul dubio utilitate frequentiorq; usu insignem vocat HUG. DONEL. *com. J. C. L. 12. c. 29. l. 58. p. m. 119. usu frequentissimam.* GOTHOFRED. *in not. ad Auth. h. n. 27. Saluberrimam* CARPZOV. *Resp. Jur. L. 2. T. 6. Resp. 75. n. 1. p. m. 377:* Alii alio macant elogio, (non enim moror censuram CYPR. REGENER. *Cons. Belg. ad Nov. 134. c. 5. p. m. 90.* hodiè non observari asserentis, quod de moribus Belgarum id accipiendum) cum præprimis animadverterem, sapius ab imperitis hac in parte peccari solere Notariis, qui parum perspectum habentes ipsam rem, ex formula adjicere amant. Cum itaq; hæc sese tum à sua necessitate, tum pulchritudine quam maximè commendaret, quodq; quantum hætenus pertractata, sed sparsim non pauca abs DD. observata viderim, quamvis an à me tale quid expectari possit, valde me dubitare faciat ingenii mei imbecillitas, uti quod optimè noverim, quid humeri valeant, quid ferre reculent; imprimis quod hæc materia hominem in judiciis & foro versatissimum, rerumq; forensium peritissimum desiderare videatur, attamen non parum spei collocans in B. L. humanitate, quod & in magnis voluisse sat sit, sicq; officio meo satis functus videar, si vel ingenio illustriori anam ad ulteriorem inquisitionem præbuerim: jacta esto alea, & fretus auxilio divino, qui omnium actionum nostrarum a meritò & a me ad ipsam rem accingo.

Th. 2. Quod methodum spectat, cum ea sit arbitraria, minus ero sollicitus; ne tamen planè *impeditus* processisse videar, esto initium dissertationis meæ brevissima inquisitio autoritatis *Authenticarum*, quantumq; in jure nostro obtineant usum; Quod enim Autorem concernit, is quidem vulgariter hætenus Irnerius, seu Wernerius creditus, quod is ex Nouellis summatim excerptas retulerit in Codicem, illis interjiciens legibus, quibus per *Novellas* derogatur, vel etiam aliud ad-

A

ditur

ditur. RITTER. H. *Exposit. Novel. cap. 1. proœm. n. 17. p. m. 15.* ubi plura de hac materia legi possunt, add. RICHTER. *Expos. Auth. in præf. n. 1. p. m. 3.* Cui tamen opinioni sefe non sine firmissimis argumentis opponit JCTISSIMUS STRAUCH. *in eruditissima dissert. Irnerius non errans, inscripta, qvæ ab hujus rei cupido adiri poterit.* Usum autem harum non esse exiguum, vel ipsa experientia & stylus curiæ testatum reddit, quamvis autoritatem suam mutuentur ex ipsis Novellis, ex quibus desumptæ, & quatenus vel in dubium vocantur vel rejiciuntur, ad ipsos Novellarum fontes recurrendum, unde has particulas excerpisse Irnerium volunt; & non infrequentissimè eas rejiciunt nostrates, quod locus primus s. exemplar aliter se habeat. HILLIG. D. E. L. I. c. 11. *Lit. E. p. m. 28.* qvique; proinde L. 6. c. 13. *Lit. F. in fin. p. m. 379.* Authenticas illas non esse omninò Authenticas statuit: Idem sentit NIELL. *Disp. F. 2. th. 5. L. C. p. m. 28.* BRUNNEM. *ad Cod. tit. de emend. Cod. n. 5. seqq. p. m. 3.* RITTERSHUS. *d. l. c. 5. n. 3. p. m. 34.* HARPRECHT. T. II. *Instit. §. 5. de exheredat. liber. n. 13. p. m. 845.* Sed hisce missis convertome ad ipsius textus explicationem, licet enim hic labor quibusdam planè inutilis videri possit, quod JCTI magis credantur occupati circa res, quam verba, teste M. P. LEON. *de Autorit. & usu Pall. Pontif. c. 1. n. 5. p. m. 2.* multum tamen aliis & rectius conferre videtur ad exactiorem materiæ tractationem vocabulorum accuratior enodatio, quod vel Imperatori Leoni perspectum, qui Nov. 42. *init. qua.* inquit, *in verbis residet obscuritas, multum quod tractatur involvere videtur, quippe quæ tanquam expansa quædam nubes, tum intelligendi vim animo auferat, tum à rella rerum administratione avertat.* Notatio enim nominis nos sæpè inducit in cognitionem rei. GELL. N. A. l. 13. c. 10. *p. m. 452.* neglectusq; verborum censente OLDENDORP. *Clas. Act. 4. A. 24. p. m. 425.* parit rerum incertitudinem. Non autem singula examinare verba animus est, sed ea potissimum, quæ momenti quid ad interiorem textus intellectum afferre fuerint visa.

Th. 3. Offert autem se statim in ipso limine vox *Mulieris*; quæ in significato generali denotat universum sexum foemininum. l. 25. §. 9. ff. *de aur. & arg. leg.* ita ut sua amplitudine quoq; vel ipsas comprehendat virgines. l. 13. *pr. ff. de V. S.* ubi plura congestit exempla BRECH. *p. m. 32.* aliiq; Interpretes; Ast in sensu frequentiori pro nupta sumi ipse evincit textus, ita tamen, ut non excludat sponsam, quæ in jure nostro quandoq; fingitur uxor, ut in injuria, quæ sponsæ illata, viro quoq; illata censetur. l. 15. §. 24. ff. *de injur.* CARPZOV. *Resp. jur. L. 5. T. 10. Resp. 108. n. 4. p. m. 1225.* STRUV. *de vindict. priv. c. 10. a. 7. n. 6. p. m. 112.* VINN. *ad §. 9. Instit. de nupt. p. m. 56.* ibiq; allegat. TERTULL. *de veland. virg.* quod desponsata quodammodo habeatur nupta; Ita appellatione nurus sponsa quoq; accipitur. l. 6. & 8. ff. *de grad. & Aff.* Cujus & in Sacris exstant vestigia. *Genes. 19. v. 14.* ubi sponsus gener dicitur. *Deuter. 22. v. 24. Matth. 1. v. 20.* Idem Canones loquuntur c. 6. & 9. c. 27. *qu. 2.* & alibi. Indè nullum dubium, quin sponsa, cujus sponsus ante copulam Ecclesiasticam decessit, nomine viduæ veniat, ejusq; juribus gaudeat; quod perfectum sit conjugium in oculis Dei, inferens

inferens obligationem conjugalem; quod ducenda uxor pro ducta, & copulanda pro copulata habeatur, testante GOEDD. de V. S. ad l. 167. n. 4. p. m. 1013. Ipsam insuper viduam, marito recenter mortuo, intercedentem, hoc jure tutam esse, praxis & DD. passim declarant: Quamvis enim matrimonio per mortem dissoluto, vidua non tam pro marito, quam extraneo, ex constituto se obligare censeatur, amor tamen & respectus conjugal, non tam citò cessat, nec in fumum abit, ut respectus maritalis penitus exulare debeat, quo vidua, infirmi & imbecillis iudicii, decepta, ad constitutum & susceptionem debiti, facillimè persuaderi possit, sicq; post præcipitantiam suam deplorare necessum habeat: latius id deducente & præjudiciis confirmante CARPZOV. J. F. P. 2. C. 16. D. 3. per tot. p. m. 548. id. de J. Fem. S. D. 4. P. 4. n. 16. seqq. p. m. 110. arg. l. 2. §. 2. ff. ad SC. V. l. 1. §. pen. C. de R. U. A.

Th. 4. *Crediti instrumento*; Nihil aliud indigitari, quam mutuuum per tabulas contractum, censeat HALOANDER cumq; eo DONELL. *Comm. J. Civ. L. 12. C. 29. l. 10. p. m. 120.* & ad eum HILLIG. *d. l. L. K. p. m. 1044.* quod in Græco reperiantur verba *ἐν δαρτανῶν ὑπομνημάτων* quæ Haloander vertit in *mutui instrumento*, quamvis minus rectè; per placet enim sententia DD. statuentium, pro omni sumi negotio, in rem utilitatemve mariti verso. RICHTER. *ad Auth. h. n. 16. p. m. 449.* RAUCHBAR. *p. 1. quæst. Jur. Civ. & Sax. qu. 34. n. 13. p. m. 160.* ZANGER. *de Except. P. 3. c. 11. n. 129. seqq. p. 530.* GAIL. *l. 2. Obs. 89. n. 1. p. 463.* HERING. *de fidejuf. c. 7. n. 401. p. 185.* Ita ut nihil intersit, pro quo contractu sponso fiat, ubiq; valente illa prohibitione. Dn. MEV. *ad J. Lub. l. 1. §. 1. a. 7. n. 105. p. m. 179* ibiq; alleg. BARTOL. *ad A. h. D. 222. n. ult. Creditum* ergò in jure nostro *κατ' ἐξουσίαν* quidem dicitur mutuuum, sensu tamen generaliori etiam pro quacunq; actione vel persecutione sumi suevit, uti latius deducunt, exemplisq; variis illustrent BRISSON. *de Verb. Sig. l. 3. col. 153. n. 40.* REBHAN. *Hodeg. J. Ch. 2. Cl. 3. P. 2. §. 24. in ênd. p. m. 447. seq.* BERLICH. *P. 2. C. 19. n. 58. p. m. 72.* sicq; differt à mutuo specialiter sic dicto ut genus & species. HARMEN. *Prompt. Jur. C. l. 3. t. 5. §. 1. p. m. 40.* Quod autem dicto sensu sumi debeat, sequens quoq; innuere videtur verbum *Consentiât*; Hancq; calculo suo comprobant WESENBECK. *in Cod. ad SC. V. n. 12. Col. 1443.* BERLICH. *d. l. n. 58. p. m. 72.* BALDUIN. *ad A. h. n. 1. & 13.* BARTOL. *eod. aliiq; per l. 1. ff. de R. C. l. 11. ff. de V. S. ubi BRECH. ALCIAT. & alii.* Quin etiam *Consentiendi* vox in latiori sumatur sensu minus dubium, quod antecedentia id sibi videantur postulare, nihilq; aliud sit, quam in unam concurrere sententiam, ut similiter legitur *in l. 1. §. 3. ff. de Pact.* Si enim ullo modo fidejubendo sanè vel intercedendo in unam decurritur sententiam, hinc rectè omnis intercessio prohibita intelligitur.

Th. 5. *Proprio*, dicit textus, *Viro*; Ad excludendum extraneos, pro extraneo enim ritè interpositam intercessionem valere, minus dubitare sinit Sc. Vel. dispositio; quamvis autem in non paucis *Auth. h.* conveniat cum Sc. V. ita ut etiam ab uno ad alterum argumentum commodè duci possit, videmus tamen, in non

pāucioribus multum inter se habere discriminis, quod explicare à materia hac haut alienum duxerim. RITTERSHUS. *all. l. P. 2. C. 4. n. 9. p. m. 155.* (1) Hanc ponit, quod pro extraneo intercedens mulier ipso quidem jure teneatur, sed habeat exceptionem Sc. V. quia adjuvatur; si autem pro marito suo intercesserit, seq; in eodem instrumento obligaverit cum ipso, obligationi ejus consentiens, hoc nullatenus valeat aut teneat, sed ita esse, ac si neq; factum neq; scriptum quicquam sit, hoc est, ipso jure nulla sit obligatio; ita, ut non sit opus aliqua exceptione. BRUNNEM. *ad A. h. n. 5. p. m. 432. PAC. de R. C. ad l. i. ne mul. ex contr. mar. cony. n. 9. p. m. 182. RAUCHBAR. p. 1. qu. 34. n. 6. seq. p. m. 259. CASTRENS. A. h. n. 2. SALICET. in Cod. ad SC. V. n. 3. RICHT. ad A. h. n. 2. p. m. 446.* (2) Subjungit d. RITTERSH. n. II. quod facilius, cum mulier intercedat pro marito suo, & in illius obligationem consentiat, ob metum scil. reverentialem, quam pro extraneo se obliget, eò magis ipsi succurrendum fuisse Justinianum; quod perpetuus ferè legislatorum mos, ut quam in partem homines viderint magis propendere cupiditatibus suis, atq; exorbitare à legitimo tramite, ei se parti maximè opponant, minus solliciti de ea parte, à qua tantum non imminet periculum. WESENB. *Comm. in C. ad SC. V. n. 6. col. 1433. RICHTER. ad A. h. n. 15. p. m. 449. PEREZ. in Cod. ad SC. Vell. n. 14. p. m. 278.* (3) Intercessio pro extraneo, si post biennium iteretur, semper valida est. *l. 22. C. h. t. sed intercessio pro marito etsi multoties iteretur nunquam tamen convalescit. Nov. 134. c. 8. & A. h. FRANTZK. ad ff. SC. V. n. 26. p. m. 416. PAC. de R. C. ad SC. V. n. 33. p. 614,* quod alias maritorū blanditiis ac minis nihil non ab uxoribus extorqueri possit; Inde rectè monet BRUNNEM. *ad A. h. n. 4. pag. 432. dispositionē Authenticā, Sive à me: ubi de repetitione biennali sermo, non esse trahendam ad hanc intercessionem mulieris pro marito, quod aliud sit, renunciare hypothecæ, & aliud intercedere, seu se suaq; obligare. add. RITTERSH. d. l. n. 16. p. 156. quamvis plurimum affinitatis habere velit RICHT. d. l. n. 1. p. m. 445.* (4) In intercessione Sc. V. sive scripta, sive non scripta, sive in publico, sive in privato instrumento, trium testium subscriptione munita, valet. *l. 23. C. ad Sc. V. SICHARD. in Cod. ad Sc. V. n. 14. p. m. 413. in Auth. hac secus se habet: Quæ autem ratio, quod plus extraneæ concessum personæ, quam proprio viro, in sequentibus erit difucidius perspicendum.*

Th. 6. *Scribat;* Loquitur textus; vox autem scribendi (recito verba elegantissimi BRISSON. *de V. S. L. 17. l. 50. Col. 537.*) complures habet singulares & summè notandas significationes, estq; verbum JCTORUM proprium, uti multis inibi demonstratur exemplis, hic autem idem, quod scripto promittere, denotari, ipse innuit textus; similiq; modo sumitur *in l. ult. pr. de dol. except. l. 9. § 7. de administr. tut.* Reliquæ significationes, uti minus huc pertinentes, inibi & apud Lexicographos videri poterunt. *Substantiam;* Idem hic esse, quod Patrimonium, generaliterq; sumi pro quibuscunq; bonis, (Græci per *ἐπιχορηγία* efferre amant) per se patet, ita ut sub sua amplitudine dotem quoque complectatur, cujus alias maritus censetur

setur Dominus, ut nihil proinde referat, sintne bona mulieris profectitia, an adventitia, sintne bona paraphernalia, dotalia an receptitia, ubi enim lex generaliter loquitur, nec distingvit, nec nostrum erit distingvere, & ubi eadem ratio, idem meritis censetur jus. vid. CARPZOV. *J.F.P. 2.C. 16. D. 1. n. 5. p. m. 547.* RAUCHBAR. *d. qu. 34. n. 50. p. m. 270.* substantiam autem nostram obligatam fidejubendo impri-
mis vel intercedendo facimus.

Th. 7. *Se ipsam obligatam facit;* Quæ se ream debendi principalem constituit, Ex: Gr: vel una cum marito se debitorem confitendo, vel obligationem innovando, eaq; ratione in se transferendo, quod variis fieri modis in confesso est, uti infra in materia objectiva hujus Dissertationis pluribus demonstrabitur. *Nullatenus valere;* Idem vult Glossa denotare, ac nullo prorsus jure valere, importatq; verbum hoc negativum (notantibus id Lexicographis) quod factum contra non valeat. *Clement. unic. de sequestr. possess. & ipso jure nullum sit.* DN. MEV. *ad J.L. l. 1. t. 5. a. 7. n. 104. p. m. 179.* Ita ut si vel millies mulier pro marito intercedat, ac post biennium millies caveat, uti ANGELUS, teste SICHARD. *in Cod. ad SC. V. n. 22. p. m. 414.* loquitur, nihilominus tamen retineat beneficiū Authenticæ hujus. RICHT. *ad A. h. n. 3. p. m. 446.* DURAND. *Specul. jur. s. SPECUL. L. 4. P. 3. de obl. & sol. §. 1. n. 7. p. m. 341.* Leges nostræ hanc formulam alias exprimunt per nihil agere, quæ proverbialis locutio in eos quadrat, qui frustra laborant, quæ inane sumunt operam *Antecess. huj. Academ. p. m. 1.* WOLDENBERG *mic. jur. Manip. 1. Lit. N. p. m. 17.* Nihil agi, inquit, BRISSON. *de V. S. L. 12. l. 38. col. 383.* cum frustra, inutiliter & incassum quid fieri sentiunt, id quod pluribus inibi probatum textibus est videre: quibus ex *Instit. addi poterunt princ. qui & ex quib. caus. man. & §. 3. Instit. de usufr. aliaq; loca.* Eadē ratione nihil valere dicit JCTUS *in l. fin. ff. de manum. testam.* pro eo, quod alias Interpretes dicunt, nullum operari effectum. vid. RICHTER. *ad d. l. n. 8. p. m. 448.* PEREZ. *in C. ad SC. V. n. 15. p. m. 278.*

Th. 8. *Sive semel sive multoties;* Quamvis geminatio deliberatam & enixam voluntatem agentis manifestè inducat, *l. 22. ff. ad SC. Trebell. BART. in l. cum scimus 22. n. 7. C. de Agr. & cens. & geminatio confirmet declaretq; actum præcedentem.* CARDIN. TUSCH. *Pr. Concl. Jur. T. 4. c. 28. n. 32.* RICHTER. *d. l. n. 2. p. 446.* Ita ut consensus geminatus quandoq; jurati consensus vim habeat. TUSCH. *d. l. n. 50.* tollatq; læsionem. GRAVET. *Cons. 151. n. 31 & C. 160. n. 80. latè.* TABOR. *Th. Locup. loc. Com. l. 7. c. 1. p. m. 539.* hic tamen prorsus nihil operatur, uti superius innui. *Publicum debitum;* Nihil aliud hic denotat, quam fiscale, teste RICHTER. *ad A. h. n. 6. p. m. 447.* licet enim alias fiscale debitum maximè sit privilegiatum. *tot. tit. C. de privil. fisc. lbiq; Interpret. hoc tamen casu pari jure cum privato censetur, ita ut obligatio ipsius æqvè utroq; casu ipso jure sit nulla,* RITTERSH. *d. l. n. 17. p. m. 156.* uti inferius sum expositurus.

Th. 9. *Nisi manifestè probetur;* Quamquam enim mulier in instrumento

Confiteatur se mutuum accepisse, atq; in utilitatem suam convertisse, sola tamen illa mulieris confessio in instrumento posita, ad hoc ipsum non sufficit. vid. HAHN. ad Wesenb. ad SC. V. n. ult. p. m. 374. nisi in iudicio forte fuerit facta, quia eadem facilitate confiteatur, qua intercedit. BART. ad A. h. n. 2. RICHTER. d. l. n. 19. p. 451. quotiescunq; enim fit confessio vel asseveratio à persona prohibita, quæ minus rectè talem actum perficit, confessio isthæc suspecta. BERLICH d. l. n. 74. p. m. 73. Talem autem hanc esse confessionem statuit RAUCHSAR, d. l. n. 14. p. m. 260. *Expensæ*; Idem quod versæ hoc loco; versum autem in rem dicitur, quod in patrimonium redactum est, l. 2. ff. quod cum eo. l. 21. ff. de dol. aliasq; passim. Dictæ autem expensæ ab antiquo appendendarû pecuniarû more, quò de PLIN. H. N. l. 33. c. 3. p. m. 239. aliiq; antiquitatû scrutatores; videri quoq; possunt Lexicographi hac voce. Sumitur hic autem tam latè, ut etiam comprehendat pecuniã, quæ quovis modo ad mulierem pervenit. HAHN. ad Wesenb. d. l. n. ult. p. m. 374. Reliqua verba, quorum non facta mentio, priorum contineri explicationem majorisve evidentie causa esse adjecta, ipsa innuit lectio, earumq; interior inspectio, inq; sequentibus, data occasione, uberius explicabuntur.

Th. 10. Ex hætenus dictis talis exstrui vel *definitio* vel *descriptio* poterit; quod *intercessio mulieris pro marito sit beneficiû* vid. BERLICH. P. 2 C. 19. n. 69. p. 73. HAHN. ad Wesenb. ad SC. V. n. ult. p. m. 374. RICHTER. ad A. h. n. 2. p. 446. *datum mulieribus ad hoc, ut ex obligatione vel intercessione pro marito, nulla prorsus actione conveniri queant.* Genus, beneficium statuere, vel ea propter visum, quod communiter DD. & rectè ita statuunt; Alia hujus Definitionis verba passim examinata. Progredior itaque ad causarum expositionem, ubi statim se offert *causa efficiens*, tum beneficii, tum Authent. hujus. Quæ Justinianus Imperatorum quotquot fuere laudatissimus religiosissimusq; Nec est, quod quis objiciat, longè ante eundem id esse constitutum, & confirmationem quandam duntaxat continere, quod teste JCTO, primis istis temporibus, id ab anterioribus jam constitutû & proditum sit Imperatoribus, Augusto scil. & Claudio, vel ante ipsum Sct. Vel. l. 2. ff. ad Sc. V. Frustra hinc laudari Autorem nostrum Imperatorem; accuratius enim rem æquæ lance pensitanti, patefcet, non simpliciter priorem confirmari legem, sed præter superiora plura in sese continere, mirum enim in quantum priores auxerit constitutiones Imper. noster, specialiter constituendo, mulierem obligationi mariti sui, vel crediti instrumento consentientem, vel rem suam hoc nomine alteri obligantem, ipso jure non teneri, ita ut ne quidem ope exceptionis indigeat. HUG. DONNELL. comm. L. 12. c. 29. l. 57. p. 119. Indè duo hic nova pro muliere constituta censet (1) ut ipso jure non teneatur. (2) Intercessio facta pro marito, etiam si post bienium à muliere sæpius comprobetur, nihilominus ipso jure haut teneatur. RITTER. d. l. n. 13. p. 156. Dicit hinc fortè, quispiam, jure Codicis idem obtinuisse, videlicet quod si uxor intercessisset pro marito, non potuerit quicquam ab ea jure exigi pro-

propter SCTum *l. i. C. ne ux pro mar.* Resp. hoc novi constituisse, quod ipso iure nullam obligationem ex tali intercessione oriri voluerit, sed quod actum, haberi pro non scripto vel facto, cum iure Codicis antea ipso iure valuisset obligatio, sed tamen ope exceptionis infirmari potuerit. PEREZ. in *Cod. ad SC. Vellej. n. 14. pag. m. 278.*

*Th. 11. Materia est vel objectiva vel subjectiva: Objectiva, creditum, intercessio & oppignoratio; cū nec res oppignorata pignori subjaceant, ac habeantur, vel si oppignorata nunquam fuissent; Adhibita hac distinctione, an invita uxore an consentiente, num nominatim, ut res uxoris, an verò ut res propria à marito pignori supposita, an sciente eodem creditore, an ignorante factum, ut dō deducit PEREZ. *d. l. n. 8. p. m. 277.* quamvis remissio pignoris vel hypothecæ à muliere facta, certa ratione valeat. *Id. n. 9.* Fit autem intercessio, si mulier se vel sua pro marito obliget, fidejubendo, constituendo, vel mandando (aliisve variis modis recensitis à WÆSENBERG. *d. l. n. 12. col. 1443.* PEREZ. *d. l. n. 3. p. 276.*) interveniat, vel res suas pignori pro marito obliget. CUIAC. in *not. ad C. h. t. p. m. 86.* Intercedit autē mulier dupliciter imprimis, vel veterē obligationē in se recipiendo, vel novā suscipiendo. Veterem in se recipit cumulativè s. participativè, aut translative s. privativè; Participativè fit, fidejubendo, mandando, constituendo, compromittendo, vel in iure respondendo: Translative per novationem, eamq; vel propriam vel impropiam; Novam suscipit, ream se pro marito constituendo, latius hæc deducente FRANTZK. *Comm. ad ff. ad Sc. V. n. II. seqq. p. m. 414.* LAUTERB. *compend. jur. h. t. p. m. 208.* ECKH. *h. t. §. 6. p. m. 221.* STRUV. *S. j. C. d. t. Ex. 21. th. 3. p. m. 755.* PAC. *de R. C. d. t. in pr. n. II. p. m. 611.* WESENBERG. *d. t. n. II. col. 1441. seq.* BRUNNEM. *ad l. 4. C. eod. p. m. 427.* BERLICH. *d. C. 19. n. 3. p. m. 68.* ibiq; citati.*

*Th. 12. Materia subjectiva; Uxor & maritus. Voce autem uxoris & sponsam & viduam contineri, superius deductum th. 3. Ex quo constat ex contrario sensu, nomine mariti & sponsum venire, & vita jam functum; Ast non ipsa uxor tantum, sed illius quoq; heres hoc gaudet beneficio. arg. l. 7. §. 20. Cod. h. t. l. 14. C. eod. l. 8. §. 12. l. 10. ff. eod. PEREZ. *d. l. n. 24. p. m. 280.* Nisi fortè quis ex doctrina SAND. *decis. Fris. l. 3. t. II. D. ult. p. 192.* heredem teneri velit, si mulier eundem secum obligatum velit, cui tamen sententiæ contrarium statuunt, BARBOS. in *l. 14. C. de R. Vind.* quem sequitur BRUNNEM. in *ead. l. n. 3. p. 288.* citans eam in rem ROSENTH. & HARTM. PIST. quod rei non personæ cohereat. *dis. BRUNNEM. ad l. 20. C. ad Sc. V. p. 430.* ubi locum antea allegatum ex SAND. intellectum vult, quando defuncta mulier, heredi expressè vel tacitè, ne ista exceptione utatur, prohibet. Nec non ejusdem fidejussor. *l. 16. §. 1. l. 19. in fin. ff. l. 6. C. eod. l. 14. seq. ff. l. 7. §. 1. ff. de except.* Procurator item, qui mulieris mandato pro marito intercessit, apud creditorem nimirum scientem. *l. 30. §. 1. l. fin. §. 3. l. 6. ff. h. t. HAHN, ad Wes. n. 4. pag. 372.**

Th. 13. Causa sine qua non, constitui poterit conscientia creditoris, scientis mulierem non suam, sed mariti negotium gerere. *arg. l. 2. §. 5. h. t. l. 6. l. 13. l. 15. l. 17. §. 1. eod.* Cum enim versetur in juris ignorantia, quæ veniam haut meretur, eandem frustra præterdit, quod quilibet debeat esse gnarus conditionis illius cum quo contrahit.

Th. 14. Causa impulsiva, consistit in ratione (quam tamen solidam dari negat CYPRIANUS, REGNIUS. *d. l. ad Nov. p. m. 90.*) tum naturali, tum civili; Naturalis est imbecillitas sexus muliebris, & fragilitas naturæ. DN. MARQUARDUS, *Affinis meus quondam plurimum honorandus. eleg. tract. de jur. Mercat. l. 1. c. 12. n. 4. p. m. 107.* FELD, *Elem. jur. univ. P. 3. a. 6. p. m. 537.* Cum facile ad intercedendum persuaderi, & hac ratione ad inopiam repentinam deduci possit. *l. unic. §. 15. in med. Cod. de R. II. A. l. 1. §. 1. & 2. h. t. l. 5. in fin. eod.* MOLINUS, *de usur. quæst. 38. n. 294. pag. 334.* Et imprudentia, HAHN, *ad Wesenb. ad Sc. V. n. 2. pag. m. 372.* Civilis, quod intercedere sit civile, virile & damnosum mulieribus officium, à quo maximopere arcendæ. *l. 2. §. 1. h. t. l. ult. de tutor. l. 18. de procurat. §. 2. Instit. de injur. l. 2. princ. ff. de R. j. FRANTZ. h. t. n. 7. p. m. 413.* WESENB., *d. t. n. 8. col. 1436.* TREUTLER, *V. I. D. 15. Th. 1. Lit. C. p. 242.* quæ tamen sententia habet oppugnantes ECKHOLT, *h. t. §. 4. p. m. 220.* BACHOV, *ad Tr. d. l. p. 939.* CARPZOV, *de J. F. S. D. 4. P. 1. n. 4. p. 98. & P. 2. n. 3 & 4. eod. p. 101.* quibus tamen respondet HAHN, *ad Wes. d. l. n. 2. p. 372.* Consilii itidem infirmitas, *arg. l. 21. pr. de tutor. l. penult. de edend. Nec officii qualitas. l. 3. ff. h. t. RAUCHBAR, p. I. qv. 34. n. 2. pag. 258.* quodq; imposturis & technis sunt obnoxia, CARPZOV, *d. disp. D. 4. P. 1. n. 1. p. 97.* MASCARD, *de probat. V. 2. C. 1080. p. 324.* Cum præterea videantur laborare contra propria commoda, *l. 4. C. de sponsal. BERLICH, P. 2. C. 19. n. 2. p. 68.* CARPZ., *d. disp. D. 4. P. 1. n. 20. p. 99.* ut & æquitas naturalis, *l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. l. 14. h. t. WESENB. ad Cod. d. l. n. 8. c. 1436.* Quo enim mulier facilius se pro marito obligatura, eo magis ipsi subveniendum. CUIACIUS, *in Nov. 134.* SCIP. GENTILIUS, *de donat. int. vir. & uxor. l. 1. c. 20. p. 61.* GOEDD., *de contr. stipul. c. 7. concl. 16. p. 815. Conf. Marpurg. V. 1. C. 24. n. 137. p. 260.* tum ob lubricum & temerarium mulierum consilium. GOEDD., *d. l. 299. p. 818.* Ad causam impulsivam externam refert FRANTZK., *ad Sc. V. n. 7. seqq. p. 414.* quod jam temporibus D. Augusti & mox Claudii, Edictis eorum esset interdictum, ne foeminae pro viris, suis intercederent.

Th. 15. Finis in eo potissimum consistit (1.) Ne ex istiusmodi intercessione foeminae depauperentur, *l. 1. §. 2. l. 4. h. t.* (2.) Ut salvae maneant mulierum dotes, *d. legg.* (3.) Ut oneribus faminarum succurratur, *l. 21. §. 1. vers. oneribus h. t.* (4.) Ne damnum capiat res familiaris, *l. 1. §. 1. eod.* (5.) Ut succurratur sexus imbecillitati ac infirmitati, *l. 2. §. 2. h. t. l. 9. pr. de jur. & fact. Ignor. WESENB. in Cod. ad Sc. V. col. 1452. in it.* quod deceptionibus, & in specie multis casibus intercessionum, obnoxia & objectæ, FRANTZK., *d. l. n. 8. p. 414.* Qua de re & alias in quibusdam causis jus ipsis ignorare permissum est. *l. ult. in princ. ff. de jur. & fact. Ignor.*

Th. 16.

Th. 16. Forma Auth. h. in eo consistit, quod mulier pro marito intercedens nullatenus obligetur ad solutionem, neq; in foro soli s. seculari, neq; in foro poli s. conscientia; Legibus enim positivis naturalis obligatio, ex hac intercessione orta, ita propter sexus imbecillitatem enervatur & adumbratur, ut habeatur pro ea, quæ non est in rerum natura: Obligare etiam leges positivas subditos in conscientia, nec scriptores casuum conscientia negare audent. GOEDD. de contr. stip. C. 16 c. 7. n. 289. p. m. 818. HERING. de fid. c. 7. n. 526. p. 182. ibiq; alleg. BENCKEND. de jur. Mul. S. 2. m. 5. P. 2. a. i. n. 106. HAHN. in Wes. ad SC. V. n. 4. in fin p. 372.

Th. 17. Effectus consistit (1.) in beneficio & auxilio fœminis concessio, quo mediante contractus mulieris prorsus fit irritus, ut nullo jure inde mulier teneatur, & ne quidem naturaliter. BERLICH. d. C. 19. n. 70. p. 73. ibiq; alleg. CUIAC. ad Nov. 61. sub fin. & Nov. 174. p. med. (2.) Soluti tanquam indebiti conditione, ita, ut si quid fuerit solutum, sive ex juris, sive facti ignorantia, istius soluti habeat repetitionem, qui enim naturaliter obligatus non est, illi competit conditio indebiti. l. 10. ff. de O. & A. l. 16. §. 4. de Fidej. (3.) Quod pristina actio in ipsum restituatur maritum. (4.) Ipsi mulieris obligatio omni careat effectu, cum tota improbetur obligatio; Contra jus autem factum ad nihilum redit. l. 5. C. de LL. (5.) Deniq; quod mulier res suas sine pretio vindicare queat.

Th. 18. Ex præmissis talis Regula erui poterit: Mulier se obligando vel intercedendo pro marito, nihil agit. NEV. Syst. j. in C. ad A. h. n. 2. p. 159. Quæ quidem (1.) in tantum extenditur & ampliatur, ut mulier ne quidem illi renunciare valeat, licet enim regula alias generalis sit, quemlibet valere renunciare juri pro se introducto, id quod pluribus juris nostri textibus, & DD. autoritatibus deducit. TABOR. Th. Locup. L. C. ad Barb. l. 16 c. 31. a. 2. P. 2. p. 511. Perdit tamen suum officium in hac data regula. Vid. GOEDD. Conf. Marp. V. 1. C. 24. n. 176. seq. p. 266. & n. 278. BRUNNEM. Decis. C. 1. D. 16. p. 12. qui duplici id corroborat præjudicio; Hinc BERLICH. d. C. 19. P. 2. n. 61. p. 72. mulierem ex sua intercessione pro marito factam non obligari, etiam si Auth. h. vel novæ Constitutioni expressè renunciarit, asserere non dubitat, cui ad stipulantur plures alii. CARDIN. Tusch. T. V. Concl. 421. n. 6. seq. L. M. 494. WESENB. in C. ad Sc. V. n. 27. col. 1461. BRUNNEM. in C. ad A. h. n. 1. 2. p. 432. PAC. de R. C. l. 1. C. ne mul. ex contr. mar. n. 14. p. 182. HILLIG D. E. L. 12. c. 30. Lit. C. quod nemo beneficio propter fragilitatē naturæ & imbecillitatē sexus inducto renunciare valeat. BERL. d. l. n. 18. p. 69. ibiq; alleg. quodve mulier eadem fragilitate, quâ decipitur in fidejubendo, eadem imbecillitate inducatur ad renunciandum. Id. cir. l. in tantum quoq; ut renunciatio nullius prorsus sit momenti, sive intra, sive post biennium, sive in judicio sive extra judicium posita sit. CYN & JAS. ad l. 30. ff. d. V. S. n. 30. BEUST. de jur. ad l. 1. n. 247. p. 166. RAUCHB. P. 1. qu. 34. n. 12. p. 260. COTHM. V. 5. Resp. 48. n. 3. p. 850. communissimis Interpretum sententiis id esse receptum asseverans, juxtaq; vulgarem opinionem id obtinere præjudicio insuper quodam

Franco-

Francofurt. comprobatur RICHTER. ad A. h. n. 23. p. 453. idem statuit PANORMIT. P. 1. Conf. 44. n. 2. f. 21. CASTR. ad A. h. n. 1. SICHARD. ibid. n. 14. p. 413. siue deniq; ex instrumento appareat mulierem esse certioratam, siue non. SAND. D. Fris. L. 3. §. 11. D. 3. p. 190. Nec morantur quicquam in affirmativam inclinantes GOEDD. de cont. stipul. C. 16. c. 7. n. 298. p. 822. seq. quem ipsum sibi hac in parte contrarium censet RICHTER. ad A. h. n. 23. CYPR. REG. com. ad l. 22. C. ad Sc. V. & A. h. p. 157. ubi non tantum posse, sed & debere renunciari tradit, inq; diffut. ad Cod. 13. th. 7. p. 50. statuit etiam extra iudicium posse renunciare, quamvis ultrò fateri cogatur, id potissimum obtineri ex moribus, cum de iure maxime id sit anceps & ambiguum: nisi alia concurrant adminicula & rationes probabiles COTHM. cit. loc. vid. PAUL. DE CASTR. d. A. n. 1. & 2. cui calculam adjicit HAHN. ad Wesf. ad Sc. V. n. 9. p. 8. 373. & plures fortè, jus Justinianum & mores constitutionesq; hujus illiusve civitatis, quibus aliud quandoq; introductum infra demonstrabitur.

Th. 19. (II.) Non valet licet pro marito iterum iterumq; se mulier obliget, sæpiusq; post biennium repetat. NOV. 134. c. 8. & A. h. RITTERSH. ad d. Nov. P. 2. c. 4. n. 15. p. 156. SCHNOB. D. ff. 10. th. 4. HERING. de fid. c. 7. n. 470. pag. 175. VINN. sel. jur. qv. L. 1. c. 48. p. 242. MEY. ad J. L. l. 1. t. 5. a. 7. n. 11 p. 179. PEREZ. in C. ad Sc. V. n. 13. & 15. p. 278. DURAND. specul. jur. f. SPECUL. L. 4. P. 3. tit. de obl. & sol. §. 1. n. 7. p. m. 341. PAUL. de CASTR. ad A. h. n. 2. SICHARD. ad Rubr. Cod. ad Sc. V. n. 14. p. 413. PANORMIT. P. 1. C. 44. n. 1. f. 21. SALICET. h. A. n. 5. BERLICH. d. Concl. 19. n. 57. p. 72. RAUCHE. P. 1. qu. 34. n. 11. p. 260. Quamvis enim alias in iure non parva vis geminationis, ut superius innui, & ulterius probat EVERHARD. in top. leg. p. 656. in los. Avi geminat. 121. per l. 12. ff. de probat. imò in ipso quoq; tractatu Sc. V. l. 22. C. ad Sc. V. Obstat tamen diferta legis prohibitio, tum N. 134. c. 8. tum A. huj. ut frustra objiciatur cap. 1. Nov. 61. & Auth. siue à me. C. d. t. ubi si mulier post biennium iterum profiteatur se consentire in donationem propter nuptias, à viro suo factam, iteratus consensus ipsi præjudicari dicitur, ut non possit ei amplius contravenire aut revocare alienata, dummodo ex aliis mariti rebus ipsi consuli possit; Resp. enim RITTERSHUS. P. 2. c. 4. n. 16. p. 156. exq; eo RICHTER. ad A. h. n. 4. p. 446. ibi non agi de qualibet intercessione mulieris pro suo viro, cum ista nulla iteratione confirmetur, sed de consensu duntaxat mulieris, in alienatione vel obligatione rerum immobilium, in quibus donatio propt. nuptias constituta; quod autè de contractu singulari constitutum, non debet trahi ad consequentiam. STRUV. Evalur. ad S. J. C. Ex. 21. th. 10. n. 3. p. 292. PEREZ. in Cod. ad Sc. V. n. 15. p. 278. Differunt insuper intercessio mulieris siue obligatio pro marito, & consensus marito rem alienanti & obliganti præstitus. Quod ab aliis in tantum extenditur, ut ne quidem renunciatio hypothecæ, muliere non solvendo existente marito obsit, si de bonis illatis aliundè satisfieri nequeat. CARPZOV. JUR. FOR. P. 2. C. 16. D. 14. p. 552. nec renunciatio hypothecæ uni creditori generaliter facta mulieri quoad alios creditores præjudicet. Id. d. l. D. 15.

Th. 20.

Th. 20. (III.) Frustranea insuper renunciatio licet in domo judicis, extra tamen locum judicii intervenerit; Quamvis enim acta judicii intelligantur ibi esse, ubi aliquid sit auctoritate judicis, quocumque loco, etiam extra judicium. *l. 5. ff. de manum. vind. WESENB. Parat. de testam. n. 10. p. 142. ibiq. allegat. quod renunciatio & intercessio sint actus jurisdictionis voluntariae, quem etiam extra judicium fieri posse notissimi juris. Accuratius enim rem consideranti apparebit judicem, nisi sedeat pro tribunali, instar privati esse, ejusque auctoritatem interpositam nihil operari, nec in actu voluntario, nec necessario, si nimirum requiratur judicis auctoritas. VULTEI. *Conf. Marp. V. 1. C. 34. n. 55. p. m. 514. CARPZOV. jur. For. P. 2. C. 16. D. 48. p. m. 555. praedictio hoc inibi confirmans.**

Th. 21. Nec valet (IV.) etiam si pro debito publico, id est, fiscali sit facta. SCHNOB. *D. ff. 10. Th. 4.* Quamvis enim debita publica s. fiscalia sint privilegiata. EVERHARD. *in Top. leg. Loc. 61. n. 2. p. m. 330. Vid. latius PEREGRIN. tract. de privil. fisc. SALICET. & PAUL. DE CAST. in l. fin. C. de privil. fis. add. AZO. in summ. C. d. t. p. m. 816.* hoc tamen: casu pari jure cum privatis censentur, & obligatio ipsius utroque casu ipso jure censetur nulla, quippe privilegiatus contra aequè privilegiatum non gaudere dicitur suo privilegio. *Vid. RITTERSEUS. P. 2. c. 4. n. 17. pag. 156. RICHTER. ad A. h. n. 6. pag. m. 447.*

Th. 22. (V.) Licet pro patre, fratre, & filio mariti fidejusserit, tuta nihilominus erit. BRUNNEM. *in C. d. ad A. h. n. 6. p. m. 472. BERLICH. d. Concl. n. 67. pag. m. 73. TRENTACINO. de fidejuss. Lib. 3. Resol. 3. n. 7. p. m. 938. TESSAUR. Decis. Ped. 223. n. 5. p. m. 392.* qui praedictio aliquid inibi corroborat, Ubi scilicet uxor pro fratre mariti se obligarat per apocham tribus testibus subscriptam, quod ex conjecturis constaret mulierem id fecisse viri contemplatione. SALICET. *h. A. n. 6. f. 147.* qui id ad socerum quoque mariti extendit. *HERING de fidejuss. c. 7. n. 397. p. 184.*

Th. 23. (VI.) Item si confiteatur se cum marito accepisse depositum, CARPZ. *P. 2. Dec. 141. BARTOL. P. 2. Decis. 173. & 226. WESENB. ad Cod. eod. n. 28. col. 1462. BRUNNEM. in C. h. A. n. 8.* Quod etiam (VII.) extenditur ad eum casum, ubi nulla expressa fidejussio, sed praesumptiva, utputa, quando mulier se obligat pro marito, neque aperte pro eo intercedit, sed in eodem instrumento obligatur cum marito, ita, ut fiant duo rei debendi & promittendi. *MEV. ad j. L. l. 1. t. 5. a. 7. n. 106.* quamvis quilibet omnia sua bona creditori obliget facta renunciatione, quod duo rei debendi vice mutua fidejussores esse dicantur. *l. 11. in prin. ff. de duob. reis stip. BERLICH. P. 2. Concl. 19. n. 59. p. 72* quodque fraudis subsit suspicio, quoties mulier una cum alio obligatur. *CARPZOV. R. L. 2. T. 6. R. 72. d. l. n. 5. FAB. ad C. l. 4. t. 21. D. l. n. 3. quam magis receptam vocat sententiam STRUV. S. j. C. Ex. 21. Th. 11. p. 761. MOLIN. de usur. qv. 38. n. 288. p. m. 325. DONEL. l. 12. c. 29. in fin. p. 120. Leg. 11. aliter ac solet explicans. CARPZOV. d. l. n. 2. seqq. PEREZ. in C. ad Sc. V. n. 12. PAUL. DE CAST. P. 2. Conf. 8. n. 1. in fin. fol. 5. TESSAUR. Dec. Ped. 223. n. 2. p. 392. DURAND. spec. s. SPECUL. l.*

4. P. 3. S. 1. n. 9. p. 341. LAUTERB. *Comp. jur. ad Sct. V. p. m. 207.* ZANGER. *de except. P. 3. e. II. n. 130.* HERING. *de fid. cap. 7. n. 401. seq.* CARD. TUSCH. *T. 5. Pr. Concl. L. M. Concl. 421. n. 9.* GAIL. *l. 2. Obs. 89. n. 1. seq. ibiq.* GREV. *ita ut semper præsumptio sit pro marito.* BRUNNEM. *ad l. fin. ff. n. 16. & ad A. sive à me. C. cod. n. 6. seq. Id. Decis. C. I. D. 16.* WESENB. *comm in C. ad Sc. V. n. 19. col. 1439.* BRUNNEM. *ad A. h. n. 3. & 7. RICHT. ad A. h. n. 5. p. 447.* DR. MEV. *p. 6. d. 296.* (VIII.) Si mulier sit principalis debitrice, & maritus pro ea fidejussit, l. 7. S. 1. ff. *ad Sc. Maced. MEV. ad I. L. l. 1. t. 5. a. 7. n. 110.* TESSAUR. *d. dec. 223. sub fin. n. 5. p. m. 392. ibiq. alleg. ANGL. in S. item si. col. 16. v. quid e contra.* BALD. *Ad. A. h. n. 9.* Quod solummodo color quæsitus videatur, si cujus prætextu mulier obligetur, quod eo magis verum si expressè constet de dolo, fraude & collusione. BERLICH. *d. l. n. 65. seq.* (IX.) Mulier, etiam si fuerit ex obligatione pro marito in se suscepta condemnata, post sententiam beneficium hoc rectè opponit. BERLICH. *P. 2. C. 19. n. 69.* imò errore solutum repetit. MEV. *ad j. L. l. 1. t. 5. a. 7. n. 105.* Rationem elegantem addit BALD. *ad A. h. n. 8.* (X.) Quod eo quoq; extenditur, locumq; sortitur, licet mulier beneficium A. h. omiserit, & sic per sententiam condemnata solverit, ut possit illud, tanq; indebitum solutum, repetere, quia beneficium A. h. succedit loco exceptionis Vellejanæ, ita censente BALD. *d. l. mulieriq; competit repetitio per l. 40. ff. de Cond. indeb.* BERLICH. *d. l. n. 70. pag. 73.*

Th. 24. (XI.) Imo ne quidè uxor pro marito ex causa civili vel pro debito incarcerato intercedens obligatur, quod pro debito civili vir captivus bonis cedere, atq; ita liberatione consequi possit, fraus qq. facile huic constitutioni fieri possit, cū debitores facile queat procurare in carcerem ut conjiciatur maritus debitor, ut ita mulier amore mariti cogatur talem inire obligationem. FAB. *ad C. L. 4. T. 21. D. 16.* (XII.) Etiam si uxor fateatur pecuniam ad se pervenisse, fiatq; in eo instrumento debitrice cum marito, nihilominus juvatur, quod confessio præsumatur facta in fraudem legis, & mulier adhibita, ut pro viro intercederet & fidejuberet. PAUL. DE CASTR. *p. 2. conf. 8. n. 1. fol. 5.* PANORMIT. *l. 1. conf. 44. n. 21. f. 1.* TESSAUR. *d. d. 223. n. 2. ibiq. citat.* (XIII.) Etiam si mulier fateatur pecuniam versam in sui utilitatem non tenetur, nisi pro eo, quod clarè constat ad eam pervenisse. DURAND. *spec. s. SPECUL. de solut. S. 1. n. 9.* TESS. *d. d. n. 4. ibiq. citat.* (XIV.) Mulier pro marito intercedere, seq; & sua bona obligare nequit, nisi si maritus tm. in bonis habeat, ut inde mulieri id, quod ex intercessionis causa solvendum est, restitui possit. RAUCHB. *p. 1. qv. 34. n. 21.* BERLICH. *d. D. 19. n. 71.* (XV.) Non solum a. in contractu mutui, sed & in omnibus reliquis contractibus mulier pro marito intercedens nihil agit, ut supra monitum. BERLICH. *d. l. n. 58.* BART. & BALD. *ad A. h. n. 3.* TESSAUR. *D. 222. n. ult.* Sic mulier pro marito fundum conducente intercedens, locatore fidem ejus sequente. l. 10. C. *ad Sc. V.* non tenetur, sive mulier pro marito conductore fidejusserit, sive facta novatione expræmiserit; similiter cum maritus esset conducturus fundum, dominò fundi fidem eidem non habente, maritus uxorem ream dederit, ita, ut obligatio incipiat à persona muli-

mulieris, quæ teneri debebat maritus, non à persona mariti jam obligata translata fit in mulierem *d. l. 1. & l. 19. 29. ff. eod.* Si a. revera maritus conduxerit, d. instrumentum per simulationem ita conceptum sit, quasi mulier conduxerit, ipso jure tuta, quod plus valet, quod actum, quàm quod simulatum est, *PAC. de R. C. ad d. l. 10. WESENB. in C. ad Sc. V. n. 25. Col. 1458. (XVI.)* Quod in tantum extenditur, ut licet vel maximè renunciaverit mulier expressè, vel Auth. huic, vel novæ constitutioni, nullius nihilominus sit momenti. *TESSAUR. Dec. P. 223. n. 3. CARD. TUSCH. Pr. Concl. T. 5. L. M. C. 421. n. 6. ubi communem eandem dicit JASON, in l. 30. ff. de V. O. n. 31. Exq; eo BERLICH. d. concl. n. 61. p. m. 73. quod tn: secus de jure Saxon, ubi renunciatio & intercessio valida, m. si maritus nulla alia bona habeat, ex quibus illi possit satisfieri. CARZOV. I. F. P. 2. C. 16. D. 12. (XVII.)* Quod ulterius extendit *ACCURS. in Gloss. ad A. b. ut ne quidè teneri uxorem velit, si vel jurato renunciarit, quod si de jure Civili intelligatur certo modo admitti poterit. (XVIII.)* Itidem si intercesserit pro marito mortuo, ipsa intercessio nulla. *CARPZ. P. 2. C. 16. D. 3. Et de j. F. S. D. 4. P. 4. n. 15. ubi præjudicatis illustrat BRUNN. ad l. 2. ff. ad SC. V. n. fin. (XIX.)* Si quoq; pro marito obarato mulier rem suam in solutionem dederit, repetitioni locus, *l. 4. C. ad. SC. V. BRUNNEM. ad ff. h. t. l. 8. n. 10. (XX.)* Nec pro marito delinquente. *PAC. de R. C. ad l. 1. ne mul. ex contr. mar. n. 11. & quidem in tantum, ut ne fiscus quidem bona uxoris occupari possit, si ve dotalitia sint, si ve non; Si a. à fisco sint occupata mulieri restituenda l. 2. C. ne uxor pro marit. PAC. de R. C. Tit. ne mul. ex delict. C. p. m. 183. 184.*

Th. 25. Cum autem sit apertissimi juris omnem in jure nostro definitionem esse periculosam, & vix esse, quàm inverti possit, ita nostra qq. proposita regula non destituitur suis limitationibus s. exceptionibus. Limitatur a. I. Si manifestè probeatur pecuniam in propriam mulieris utilitatem esse versam. *SCHNOB. D. ff. 10. n. 4. PA- NOR. P. I. C. 44. n. 1. f. 21. TESS. d. D. P. 223. n. 4. quod hoc casu proinde sit, ac si ipsa mulier principaliter esset obligata, quo casu cessat Auth. hujus beneficium, quod præjudicio confirmat RITTERS. in Conf. Altorp. R. 34. p. 140. id quod à creditore probandum omninò venit, quod præjudicio quodam testatum facit. RICHT. A. h. n. 18. CARPZ. R. L. 2. t. 6. R. 75. n. 8. seq. MEY. ad j. l. l. I. T. 5. a. 7. n. 108. RAUCHB. p. 1. qv. 34. n. 13. 14. p. 260. Ad cujus tn. probationem non sufficit sola mulieris confessio, cum eadem facilitate confiteatur, qua intercedit & renunciat, talisq; confessio simulata & in fraudem legis facta censetur. *arg. l. 27. ff. de probat. BALD. in princ. d. A. SALICET. ib. n. 6. CASTR. eod. n. 3. MENOCH. de præsumpt. l. 3. præf. 22. MASCARD. de probat. conf. 328. 616. n. 60. cum seqq. HARTM. PISTOR. l. 1. qv. 37. n. 31. COTHM. V. 5. R. 48. n. 5. PAC. de R. C. Tit. ne uxor pro mar. Conf. l. n. 9. ZANGER. de Except. p. 3. c. 11. n. 129. seqq. & n. 135. DONEL. L. 12. C. 29. in fin. GAIL. l. 2. obs. 89. n. 2. seqq. HERING de fidejuss. c. 7. n. 405. dicens manifestam requiri probationem, nec sufficere confessionem factam in instrumento. BERLICH. P. 2. C. 19. n. 64. quia ea suspecta est. GAIL. l. 2. Obs. 80. MENOCH. 2. præf. 22. n. 9. seqq. ZANGER. de except. p. 3. c. 11. n. 135. RICHT. d. A. n. 19. p. 451**

Nisi mulier coram iudice in figura iudicii, RAUCHB. p. 1. qv. 34. n. 14. in fin. p. 260. BERLICH. d. l. n. 76. p. 73. ibiqz citat. DD. MEV. ad j. L. l. i. T. 5. a. 7. n. 109. Vel coram iudice in actis confessa fuerit; quod præsentia iudicis omnem doli præsumptionem excludat. PEREZ. in C. ad Sc. v. n. 12. Vel confessio redacta in Instrumentum publicum tribus testibus signatum, l. 23. §. 2. C. h. t. PAUL. DE CAST. A. h. n. 3. Non v. si maritus juramento suppletorio probare velit in utilitatem uxoris pecuniam versam, m. si semiplenè versionem probaverit per A. h. & Nov. 134. c. 8. BERLICH. d. l. n. 29. Secus si mulier dicat l. scribat se recepisse pecuniam, tunc enim mulier in suam potius, quam in alienam causam accepisse & contraxisse mutuum præsumitur, staturq; ejus confessioni, donec contrarium probatur, aut ex validis præsumtionibus verisimiliter colligitur, pluribus id deducente MEV. P. 6. D. 295. n. 3. seq. Censetur a. & hoc casu versa pecunia in rem mulieris, ad eamq; pervenisse, quia in luxum & vestimenta impendit, sive dilapidavit. arg. l. 4. §. 1. ff. h. t. l. 3. §. 6. de in rem vers. BERLICH. d. l. n. 72. STRUV. S. j. C. EX. 21. Th. 11. HERING cit. loc. n. 405 RICH. d. l. p. 150. n. 17. HAHN. ad Wes. SCT. v. n. ult. p. 374. qui ex PRUCKMAN. tract. de jur. mulier. p. 2. art. 15. n. 13. verba transcribunt notatu dignissima. Ubi ne quidem renunciatione opus esse DD. volunt, modo id creditor probare possit. Nov. 134. c. 8. ad quam quidem probationem non tm. sufficit allegatio, aut nuda mulieris confessio. FABER. ad C. l. 4. Tit. 21. d. 23. GREV. 2. Concl. 89. n. 14. Ne semiplena quidem per testes l. præsumptiones. MENOCH. de præf. l. 3. præf. 22. n. 1. seq. PEREZ. ad Cod. ad SCT. v. n. 12. cum & hic locus jurejurando purgatorio l. suppletorio, uti præjudicio quodam declarat. CARPZ. d. l. n. 18. Secus non proficit creditori, quod ipsa mulier res s. merces, quas maritus à creditore accepit, in suos usus, in alimenta & vestes, convertisset, quod mariti debitum sit uxori de alimentis aliisque necessariis prospicere, æsq; alienum isto nomine contractum à marito solvendum. t. t. C. De uxor pro marit. MEV. P. 9. D. 91.

Th. 26. II. Quoties mulier intercesserit pro incarcerato. BERLICH. d. l. n. 85. p. 74. cui calculum addunt BRUNNEM. ad A. h. n. 6. FAB. in Cod. lib. 4. t. 21. D. 16. Quod honestum sit mulieris desiderium, virum non tam à carceribus, quam à pœnæ corporalis aut infamiæ periculo eximere volentis, qui m. Resp. objectioni illorum, qui volunt minus favorabilem debere esse causam mariti, qui ex delicto, quam qui ex civili debito carceri mancipatus, & quatuor præjudicatis sententiam confirmat. Ita qq. judicatum in Pedem. iudicio testatur. TESSAUR. D. 223. n. 7. quamvis ipse in contraria videatur esse sententia, pro se allegans CASTR. & SALICET. ad d. A. h. qui tñ: posterior planè silet. add. CHASSAN. consvet. Burgund Tit. 4. Th. 1. col. 4. TRENTAC. de fidejus. Res. 3. n. 8 p. 938. id quod ulterius quoq; extendit CARD. TUSCH. ad excarcerandum Tom. 5. L. M. concl. 421. n. 11. pag. m. 494.

Th. 27. III. Si intercessionem jurejurando corroboraverit, quod quidem jure Canonico aliquid operari putatur, etsi J. Civili interjurata & injuratam renunciationem parum inter sit. MEV. ad j. L. l. i. t. 5. art. 7. n. 12. tunc licet J. Civili tuta sit,


ta sit, tñ: vigore J. Canonici, cujus autoritatem in hisce sequimur, tenetur, quam
vis n. de j. Civili contrariari videatur. l. 5. §. 1. C. de LL. ubi in fine Imperatores nec
sacramentum admitti quidem volunt, hacq; ratione juramentum actui prohibito
additum potestate legis una cum actu annulleretur. BACHOV. ad Tit. quod met. caus. c. 4.
& GUTTIERETZ ad Aurb. Sacramenta pub. C. si advers. vend. n. 14. allegante BRUNNEM. ad
d. l. 5. n. 11. cui accedit, quod beneficium hoc ob bonum publicum inductum; bene-
ficio a. propter bonum publicum inducto, ne quidem juramento derogari possit. l.
7. §. 16. ff. de pact. l. 112. §. 3. seq. de legat. 1. & juramentum sequatur naturam actus, cui
adiicitur, l. ult. C. de non num. pecun. quam ea propter sententiam jure Civili verissi-
mam judicat BERLICH. d. l. n. 19. & 23. cum tñ, secta nostrorum temporum hac in ma-
teria plus deferre amet æquitati Canonica, eandemq; stricto juri merito præferat,
identidem testante BERLICH. d. l. n. 24. pluribusq; id confirmante DD. autoritatibus,
cui & ego sententiæ merito inhæreo. per cap. 9. c. 28. X. de jurei. cap. 2. de pact. in
6. vil. SCHNOBEL. D. ff. 10. th. 4. BARTOL. n. ult. A. h. PAUL. DE CASTR. P. 2. c. 8. n. 2. seq.
fol. 5. & in l. 22. C. eod. CARDIN. TUSCH. F. 5. L. M. cond. 421. n. 12. seq. TESSAUR. D. P.
d. 223. n. 8. p. 393. qui in praxi id servari testatur, uti & RAUCHE. P. 1. qv. 34. n. 15. seq.
vult nullam habere difficultatem, inq; terris imperii sæpius hoc allegari. STRUV. Ex.
21. Th. II. RITTERH. ad d. Nov. p. 2. c. 4. n. 20. BERLICH. d. concl. 19. n. 63. Pac. de R. C. ad
Sc. V. synopsis n. 34. WESENB. ad C. ad SC. V. col. 1444. n. 14. Ast non inconcinne hic
fortè disquiritur numne in hac renunciatione vicem jurisjur. suppleant verba &
formulæ alias hodiè usitatissimæ: *An Eides stat/ so mir Gott helfen sol/ bey höchster
Wahrheit/ beym Wort der ewigen Wahrheit.* Affirmativam defendunt. BRUN-
NEM. ad l. fin. ff. h. t. n. 10. pro formali sc. habenda jure jurando, quod jus Canonicum,
(cujus normam hic me sequi aliquoties indicavi,) nullibi requirat formale jura-
mentum, d. juratam fidem, quæ m. reperitur in verbis loco juramenti, hanc qq. sen-
tentiam securiorem in conscientia esse, ac idcirco secundum hanc quondam con-
siliium suppeditasse idem dictus innuit BRUNNEM. cujus insuper sequuntur castra STRUV.
d. l. Ex. 17. Th. 12. p. 611. CÖLER. proces. execut. p. 1. c. 10. n. 241. sic obligationem sub fide
& veritate efficacem omnino pronunciat COTHM. V. 5. conf. 48. n. 7. & II. Quod de
Consuetudine Germaniæ instar jurisjur. sit inter personas Illustres & Nobiles
SCHURF. C. 2. conf. 37. n. 11. WESENB. conf. 10. n. 24. & 41. C. 13. n. 102. C. 52. n. 19. MINSYNE.
Cent. I. obs. 17. GAIL. l. 2. Obs. 59. CÖLER. de pro. es. exec. p. 1. c. 10. n. 251. testantur; quod
m. nostris moribus obtinere non semel me observasse memini. Ad seqviora castra
secedentibus CARPZ. de j. F. S. D. 4. P. 6. ibiq; citati, item Jurisp. F. p. 2. c. 16. d. 6. ubi vult
addenda omnino esse verba; *So war ihr Gott helffe/* quod in eo consistat forma es-
sentialis juramenti. O. C. p. 1. c. 57. ad 85. cui adstipulatur RAUCHE. d. qv. n. 16. qui vult
non sufficere fidei præstationem, vel promissionem loci juramenti, *an Eides stat*
d. juramentum corporale requiri, & ita aliquoties judicatum refert. WESENB. l. 1.
Conf. 15. n. 24. & conf. 23. n. 56. SAND. decis. Frisc. L. 3. T. II. d. 3. ubi Lit. C. duplici præ-
judi-


judicio id corroborat. MINS. cent. 1. Obs. 17. BORCHOLT. de pact. c. 5. n. 61. seq. MÖLLER. Consil. Elector. p. 3. consil. 20. n. 32. quos in de jure Saxonico potius interpretarer, quod non semel à jure Civili divortium facere constat, & praxis hodie in plerisq; locis contrarium probat.


Th. 28. Non minus disquisitionum video, num idem juris, si intercessio facta bey Fürstl. Gräflichen und Adlichen Ehren Treu und Glauben/ita non frustrari juris hujus singularis effectu, in bonis dotalibus mulierem Illustré vel Nobilè, pro marito intercedentem, si fecerit promissum sub dignitatis splendore, evincere conatur CARPZOV. d. I. Fam. S. d. 4. p. 7. per tot. STRUV. S. J. C. Ex. 17. th. II. CARPZOV. Jur. F. P. 2. C. 16. D. 5. RAUCHB. d. 4. n. 16. notoria Germaniæ consuetudine introductum affirmat, juramento ut æquipolleat formula præscripta, vid. SCHURF. C. 2. cons. 37. n. II. MINSYNG. c. 1. obs. 17. GAIL. l. 2. obs. 59. WESENB. cons. 10. n. 24. & 41. Cons. 13. n. 102. Cons. 52. n. 19. COLER. process. Execut. p. 1. c. 10. n. 251. SPECKHAN. c. 1. qu. 4. BORCHOLD. de jurejur. c. 1. n. 26. RUT. RULAND. de commiss. p. 2. l. 2. c. II. n. 41. HARN. ad Wesf. Sc. V. n. ult. p. 373. in fin. quod juramentum habeat vim specifici consensus. Circa hanc materiam hoc quoq; subortum dubium, sitne mulier jurato renuncians necessarid certioranda: In negativam abit BRUNNEM. l. fin. ff. n. 17. ad Sc. V. WESENB. in Cod. eod. n. 14. Col. 1444. & 1465. n. 29. quod habeatur pro geminata & quidem religiosa renunciacione, ut juramentum loco secundi sit consensus, BERLICH. p. 2. c. 19. n. 24. ibiq; larga adducti manu. Quamvis non pauci in affirmativam descendant sententiam; quod mulier præsumatur ignorare jus suum; nemo autem juri ignoto renunciare præsumatur: in cujusvis beneficii renunciacione id obtineat; mulieris consensus deesse præsumatur, nisi expressè de iis informetur. Ubi consensus desit, juramentum actum confirmare non valere. Quod desint tres testes, veritas, judicium & justitia, quæ requiruntur cap. 26. X. de jurejur. Est a. veritas, quod ignorato beneficio non præsumatur renunciassè BERLICH: d. C. n. 33. quod eo magis hic attendendum, cum alii ob dictas rationes, ne juratæ quidem renunciacioni locum relinqui velint. CARPZ. j. F. P. 2. T. 16. D. 19.

Venirent quidem & reliquæ limitationes, quarum non pauca, adjiciendæ, ut & affinia nec non contraria, sed ob statutum Academicum quod mihi sacro S. semper visum, pedem hic figere cogor, reliqua alio additurus tempore, sit itaq; T. O. M. laus atq; honor in sempiterna secula cujus clementissimæ directioni porro me mea; studia ardentissimis precibus commendo.

o. f.









burgensi Land-Recht lib. 2. art. 60. Jur. Lub. l. 2. traditur, si commodatarius rem sibi traditam alienet, Dominum Commodantem nullam actionem, cui alienatio facta est sed oportere eum commodatarium, da jemand seinen Glauben gelassen suchen / & ut in Jure Lubecensi dicitur Hand in Lib. 3. art. 2. 1. 2. ibique Mey. ubi ratio statuti.

III. Jure Civili cuivis majorenni sanæ mentium administratio & alienatio permittitur l. 1. sicut C. de Obl. & Act. l. in re mandata C. man. sua non abutatur §. sed & major Inst. de his qui tem Saxonico illa potestas est restricta, quia bonorum quæ sita Stammgüter dicta, nemo sine coheredum alienare potest Land-Recht lib. 1. art.

IV. Jure Civili maritus à cura uxoris sua dare tut. & §. pen. Inst. de excus. tut. Ratio ab ipso gestum, propter affectionem remittat, & talibus periclitetur uxor l. maritus. C. qui da Saxon. Land-Recht lib. 1. art. 31. & lib. 3. art. maritus sit legitimus uxoris suæ tutor Ehevogt lebratis nuptiis uxor in potestatem & tutelam ma

V. Majorennis quis de Jure Civili fit, & ætatis compleverit t. i. ff. de minor. vel veniam l. 2. C. de his qui ven. et. Jure autem Saxonico tur Anno æt. 21. Land-Recht lib. 1. art. 42. & hinc eodem jure terminus restitutionis brevior Civili.

VI. Jure Civili licet Debitor ob æris modo non sit, tamen ideo à Creditoribus suis in detineri, & ad operas jure servitutis præstandas. as. juncta Auth. seq. C. de Oblig. & Act. & ibi de Jure Saxon. veteri Land-Recht lib. 3. art. 3 Lubec. Lib. 1. r. 3. art. 1. ibique Mey. n. 14. à j vitia debitor adjudicandus est, quæ etiam adj tantum locum habet, non autem in dignitate co Exec. p. 1, 6, 6. n. 129.

the scale towards document




Image Engineering Scan Reference Chart TE203 Serial No. 091 Patch reference numbers on UTT